









1738

- 1<sup>a</sup> ~~2~~ Tyrcus, Georg Heus. : De iure coniunctionum apud veteres Romanos. Sect. I. : De sponsatibus.
- 1<sup>b</sup> Tyrcus, Georg Heus. P.P.O. et. fac. iuris adiutor. De iure coniunctionum apud veteres Romanos. Dissertatio II.  
1. De sponsatibus 2. De iusta nuptiarum formaque matrimonii.
2. Tyrcus, Georg Heus. P.P.O. et. Facult. iuris reale  
Romae : De furti domestici paenae in terris Bruxellensibus.
3. Tyrcus, Georg Heus. P.P.O. et. Fac. iuris adiutor :  
De iure coniunctionum apud veteres Romanos. Sect. 2. : De iusta nuptiarum formaque matrimonii.
4. Behr, Burkhardo Christianus : Actionem in dolo male malitierum Romae exercitalem impellebilem nostro pro minuis necessariam. -- causis subjicit.

5<sup>o</sup><sup>8</sup> Gebauerus, Georgius Christianus: De justitia et iure

6. Gebauerus, Georgius Christianus: Ord. juri dicis decanus 12  
Burchardi Christiani Becker. . . salmini inaugaralia  
Tunc.

7. Gebauerus, Georgius Christianus: De Heretico Cito 13  
ob inaequalitate in melius reformato.

8. Gebauerus, Georgius Christianus, Ord. juri dicis decanus  
Salmini inaugaralia Dr. Gestrii Scherrad. . . in Oct. 14

9. Henneus, Dr. Christyphorus: De modo agendi iuris  
mentorum Diaphoreticorum et Sudoriferorum 15

10. Kahle, Lud. Mars: De procedentia gentium.

11. Mescovius, Goupius: De rationibus decidendi, quae 16  
sententiis . . . iuri's submitti solent, propositio,  
praemissa siputationibus . . . ei Illustris Bohmici

Technicus achivum.

12<sup>o</sup>.<sup>b</sup> Masconius, Gustavus: De redditibus equorum.

Vom Rückkauf des Pferde, proutio, praemissio.  
lectio[n]ibus aestivis 2 Saec[u]l[is]. 1738 & 1756.

13. Scheritus, Christianus Ludovicus: De causa ab causam  
in terris Brunsvico-Limburgensis jure Saxonica  
abrogata perirent, . . . expondere tentat.

14. Scheritus, Christianus Ludovicus: De optimis iustis po-  
blicis sentientes juris consultos secta.

15. Scheritus, Christianus Ludovicus: De causarum  
origine et jure et magistratus in his ordinandas  
cura.

16. Sonnenberg, Heinrich Christianus, O.P.O.: Innotatio  
Reputaciones, quibus institutiones iuri testam defen-  
santur. . . explorare . . . quidam iuri proglar

sibi proposuerunt . . . qua occasione : De addic-  
i institutionum leges regia dominio ac quasi dominio  
non nihil dissentit.

17. Senckenberg, Henr. Christianus : De probacionis infimacione  
in iudicis.

18. Senckenberg, Henr. Christianus : De gravamine in  
legitima Romanis et Germanis visitato.

19. Senckenberg, Henr. Christ. : De clausulae Port. Clavis  
inefficiencia.

20. Treuer, Thales Sem. : De studiis animae & bestialis  
circa statas Imperii ruinam S. R. G. prospexit.

*38.* 1738. 19. X 11

DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA  
DE  
**MODO AGENDI**  
**MEDICAMENTORVM**  
**DIAPHORETICORVM ET**  
**SVDORIFERORVM**

*QVAM*  
RECTORE *MAGNIFICENTISSIMO*

**GEORGIO II.**

MAGNAE BRITANNIAE FRANCIAE ET HIBERNIAE REGE, DEFENSORE FIDEI, DVCE BRVNSVIC.  
ET LVNEBVRG. S. R. I. ARCHITHESAVRARIO ET  
ELECTORE

IN  
**REGIA GEORGIA AVGVSTA**

ANNVENTE DEO TER O. MAXIMO  
CONSENSV GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE

PRO  
SVMMIS IN ARTE MEDICA HONORIBVS AC PRIVILEGIIS MORE MAIORVM RITE  
CAPESSENDIS

Ad d. IAN. AMDCCXXXVIII.

PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISITIONI

*SUBMITIT*

*A U T O R*

**IO. CHRISTOPHORVS HENNEVS**  
SCHNODSENBACENSIS FRANCVS.

---

GOTTINGAE, LITERIS HAGERIANIS.

BRUNNENS  
INAGAULIS MEDIE

DE

MEDIO AGENDI  
VITRIOLICAE  
DIATOMICICORVM ET  
MURM

GEORGII.

BRUNNENS  
INAGAULIS MEDIE  
VITRIOLICAE  
DIATOMICICORVM ET  
MURM

KYANIA VITRIOLICAE  
ONIONIUM VITRIOLICAE  
BRUNNENS INAGAULIS MEDIE

VITRIOLICAE  
DIATOMICICORVM ET  
MURM

BRUNNENS  
INAGAULIS MEDIE  
VITRIOLICAE  
DIATOMICICORVM ET  
MURM

KYANIA VITRIOLICAE  
ONIONIUM VITRIOLICAE  
BRUNNENS INAGAULIS MEDIE

SERENISSIMO PRINCIPI  
AC DOMINO  
DOMINO  
**WILHELMO**  
HASSIAE LANDGRAVIO, PRINCIPI HER.  
FELDIAE, COMITI CATTIMELIBOCI,  
DECIAE, ZIEGENHAINAE, NIDDAE, SCHAVM-  
BURGI ET HANOVIAE, ETC. ETC.  
POTENTISSIMI SVECORVM REGIS,  
HASSIAE LANDGRAVII IN TER-  
RIS HEREDITARIIS  
**VICARIO**  
EXERCITVS EQVESTRIS FOEDERATI BELGII GENE-  
RALI LOCVM TENENTI, LEGIONIS PRAETO-  
RIANAЕ DESVLTORIAE CHILIARCHAE,  
NEC NON  
OPPIDI TRAIECTI MOSANI SVPREMO  
PRAEFECTO BELLICO, ETC. ETC.  
PRINCIPI AC DOMINO  
LONGE CLEMENTISSIMO

PRINCEPS SERENISSIME,  
DOMINE CLEMEN-  
TISSIME

WILHELMO

Non mihi est tantum ingenii flu-  
men, non tanta scribendi vis, quæ  
TVAE, PRINCEPS SERENISSIME,  
quibus & pace & bello emines virtutes  
non dico verbis exornare, sed ne qui-  
dem decenter exprimere queat: adeo-

que

que non dubito fore plerosque, qui  
temerarium me existiment, si ad eas de-  
prædicandas animum adplicarem. O-  
mnibus, ad quos SERENITATIS  
TVAE fama perlata est, innotuit exi-  
mius justitiæ amor, summa erga o-  
mnes & præcipue eos, qui litterarum  
sacris initiati sunt, clementia. Id quod  
etiam mihi spem fecit certissimam fo-  
re, ut hoc specimen inaugurale, quod  
SERENITATI TVAE sacrum esse vo-  
lui serena fronte respicias. Cæterum  
Deum ter optimum maximum implo.


rare

rare non desinam, ut TIBI, PRINCEPS  
SERENISSIME, DOMINE CLE-  
MENTISSIME, vitam largiatur longæ-  
vam, ut sub regimine TVO felicissimo  
diu adhuc floreat HASSIA, qui sum

PRINCEPS SERENISSIME,  
DOMINE CLEMENTISSIME,  
SERENITATIS TVAE

Goettingz d. 3. Jan.  
A. O. R. 1738.

Humillimus & subiectissimus servus  
JO. CHRIST. HENNEVS.



§. 1.

**D**iaphoresis est excretio insensibilis materiae sero-  
sae particulis Salino-Sulphureis replete per su-  
perficiem corporis externam & pulmonum  
internam contingens.

§. 2.

Si excretio hæc (§. 1.) in tantum augetur ut in sensus  
incurrat, Sudoris nomine venire consuevit.

§. 3.

Diaphoresin seu transpirationem insensibilem actu exi-  
stere probant Keilii aliorumque experimenta statica.  
Quod vero materia per hanc excretionem secedens sit se-  
rosa ex eo patet, quod corpora polita corporis nostri su-  
perficiëi externæ admota vel ori dum exspiramus adplica-  
ta humido ejusmodi obducantur. Quod vero partes a-  
ctivæ i. e. Salino-Sulphureæ simul secedant ex incommo-  
dis, quæ hanc secretionem suppressam sequi consueverunt,  
discimus.

A 2

§. 4. Su-

§. 4.

Sudorem in corpore humano fieri nemo sana mente præditus negabit, nec fore quendam credo, qui ignorat, istud, quod per sudorem excernitur esse consitentia serofæ saporem & odorem in diversis hominibus diversum exhibens.

§. 5.

Cum nihil nec saporem nec odorem exhibere valeat, nisi quod salibus gaudet, sequitur ut materia per sudorem excreta (§. 4.) salia habeat conjuncta & cum hic sapor & odor in diversis hominibus diversi deprehendantur necesse est, ut per Sulphureas partes conjunctas Salium actio modo hac, modo alia ratione determinetur.

§. 6.

Cum per vascula secretoria, quæ exigente necessitate majori materiæ secernendæ quantitati transmittendæ sufficiunt, etiam minor quantitas secerni queat, sequitur ut absque ratione entia multiplicaremus, si vascula peculiaria pro sudore & peculiaria pro transpiratione insensibili statueremus.

§. 7.

Cum & materia secreta & vascula secretoria in sudore & diaphoresi sint eadem (§. 3. 4. 5. 6.) sequitur ut diaphoresis & sudor non nisi gradu differant (§. 2.).

§. 8.

Medicamenta; quæ transpirationem insensibilem augment quidem ita tamen ut adhuc insensibilis permaneat hæc excretio Diaphoreticorum, quæ vero sudorem excitant;

citant, Sudoriferorum compellatione comprehendi con-  
sueverunt.

§. 9.

Cum diaphoresis & sudor nonnisi gradu differant (§. 7.) impossibile est medicamenta diaphoretica a Sudoriferis alter, quam gradu actionis differre.

§. 10.

Cum medicamentorum actio augeatur aucta dosi & im-  
minuatur dosi imminuta, sequitur ut quæcunque medica-  
menta majori dosi propinata sunt sudorifera, ista minori  
dosi exhibita diaphoretica evadant & v. v. Cognito igitur  
modo agendi medicamentorum diaphoreticorum, cogni-  
tus simul erit sudoriferorum agendi modus.

§. 11.

Diaphoresis vel naturalisaugenda, vel præternaturaliter  
impedita restituenda in pristinum statum venir, in illo ca-  
su medicamenta diaphoretica agunt causas diaphoresis na-  
turales paululum ultra statum ordinarium augendo in hoc  
vero impedimenta diaphoresios removendo. Patet ita-  
que ante omnia ea, quæ ad diaphoresin in statu naturali  
producendam requiruntur, esse eruenda: Cognitis enim  
illis, quid diaphoresin promovere, quid impedire eandem  
queat, cognitum erit.

§. 12.

Quod secretiones omnes adeoque etiam diaphoresis &  
Sudor consistant in separatione partium quarundam ho-  
mogenearum ex Massa sanguinea ex physiologicis patet.  
Cum vero nulla separatio corporis ab alio corpore concipi  
queat

A 3

queat absque motu, sequitur, ut evolutio ideæ motus viam nobis pandere queat ad cognoscenda ea, quæ ad secretiones omnes, hinc etiam ad diaphoresin & Sudorem producendas requiruntur.

## §. 13.

Motus est mutatio loci adeoque ad motum requiritur aliquid, quod locum suum mutare debet, cum vero ex physicis constet nullum dari in mundo spatium a corporibus vacuum, omnia vero corpora omni tempore versus omnes plagas agunt; sequitur ut istud, quod locum suum mutare debet, vim exerat & quidem majorem resistentia corporum vicinorum ex inæqualibus enim viribus tantum motus sequitur secundum directionem fortioris.

## §. 14.

Quoniam itaque ad motum requiritur movendum quodam, vis movens & resistentia vi movente minor (§. 13.) & diaphoresis consistat in motu (§. 12.) necessè est, ut hæc tria quoque ad diaphoresin producendam concurrant, quæ vero sint singula ostendamus in sequentibus.

## §. 15.

Movendum istud in diaphoresi esse serum aliasve partes, quæ a sero solvuntur §. 3tio jam demonstravimus. Vis movens respectu particularum secernendarum dividi commode potest in externam seu impellentem & internam sive innatam.

## §. 16.

Vis movens respectu particularum secernendarum ~~externa~~ sive impellens alia in corpore humano non datur, quam

quam vis cordis & arteriarum, quæ est universalis omnium humorum corporis humani motus causa, hac enim medianæ partes secernendæ non solum ad orificia vasorum secretoriorum perforuntur, sed etiam versus eadem premuntur, ut vero hancce pressionem penetratio in vascula secretoria hinc secretio sequatur, alia adhuc concurrere debent,

## §. 17.

Vim externam prementem non sufficere ad fluidum per cavum quoddam propellendum, sed adhæsionem fluidi ad parietes cavi inter alia concurrere debere ex phænomenis physicis planum faciam.

## §. 18.

Sumantur aliquot libræ mercurii vivi & infundantur linteo & observabis nihil mercurii per linteum transfire, licet ad sint pori & vis premens pondus scilicet mercurii: infundas vero eandem quantitatem mercurii linteo, cuius fila auro vel argento sunt obducta & statim mercurius per poros ejusdem transitum acquiret. Cum itaque linteum simplex respectu ad mercurium vivum habito non differat a linteo, cuius fila auro vel argento sunt obducta, nisi quod huic mercurius adhæreat, illi minus & diversitas phænomenorum non ex iisdem, sed diversis circumstantiis semper sit deducenda, sequitur ut transitum mercurii per linteum cuius fila auro vel argento sunt obducta neque præsentiaæ porrurum neque pressioni solis, quoniam duæ hæ circumstantiæ utrobique erant eædem, sed simul adhæsioni mercurii ad fila auro vel argento obducta, quæ circumstantia tantum in posteriori locum habebat in priori minus adscribere debeamus.

## §. 19. Cum

## §. 19.

Cum ex inæqualibus tantum viribus motus oriatur & quidem secundum fortioris directionem (§. 13.) & diaphoresis consistat in motu (§. 12.) necesse est ut in diaphoresi præter corpus movendum (§. 15.) & vim moventem (§. 16. 17.) resistentia quoque vi movente minor deprehendatur (§. 13.).

## §. 20.

Resistentia minor in diaphoresi consistit partim in apertura vasculorum secretoriorum sufficienti, partim in attenuatione partium secernendarum decenti, partim in cohaesione partium secernendarum cum reliquis Massæ sanguineæ partibus sufficienter imminuta.

## §. 21.

Aperturam ipsam plane resistere non posse probatione haud indiget, nec in apertura aliquod deprehendi debet solidum, quod magnam resistentiam exhiberi valet, alioquin apertura non esset apertura, sed fluidum, quod exiguae vi impellenti cedere potest, quoniam vero hoc fluidum ut plurimum est subtilissimum nec in sensu incurrit loco illius ipsa apertura quatenus simul plane non resistit minor rem resistentiam exhibere dici consuevit.

## §. 22.

Cum vero fieri queat ut vasorum secretoriorum apertura sufficiens i.e. talis qualis in hominibus sanis esse consuevit (statu enim naturali hæc magnitudo aperturarum vasculorum secretoriorum determinatur) sit præfens, partes vero secernendæ præternaturalem acquirant magnitudinem

nem & hac ratione ipsæ sibi fint impedimento , quo minus transire in vascula secretoria queant, sequitur ut , nisi causam morbi in eo, quod naturale adhuc est, querere velimus, diaphoresin hac ratione suppressam magnitudini partium secernendarum præternaturaliter auctæ adscribere debeamus. Quodsi itaque magnitudo partium secernendarum præternaturaliter aucta causa diaphoresios suppressæ evadere potest, sequitur ut magnitudo harum partium decenter imminuta ad causas diaphoresios legitime contingentis sit referenda (§. 20.) Cum vero hæc exiguitas partium secernendarum decens & naturalis sit neque corpus movendum neque vis movens patet tertiae caularum dia-phoresios classi eandem esse annumerandam , quatenus enim diameter particulæ secernendæ minor est apertura vas secretorii actu vi impellenti resistere hæc particula nequit. Hæc tantum apposuimus ne participes videamur contentionis illius absurdæ, quando, cum corpus ob majorem molem per foramen penetrare nequit, alii hoc magnitudini corporis excedenti, alii vero angustiæ foraminis nimiaæ adscribendum contendunt.

## §. 23.

Cum partes secernendæ Massæ sanguineæ fint commissæ hinc partes reliquas massæ sanguineæ contingant, adeoque cum illis cohærent, non tamen omnes massæ sanguineæ partes per hanc secretionem secessum acquirere valeant, sed tantum subtiliores redditæ, sequitur, ut, si cohæsio partium secernendarum cum reliquis massæ sanguineæ parti-bus, quæ secerni, ob molem majorem, vel quia parieti-bus vasorum secretiorum non adhærent (§. 18.), non possunt,

B

possunt, nimis magna est, etiam illæ, quæ alioquin secessum acquisivissent, remanere cogantur. Ex hoc igitur luce meridiana clarius innotescit, non solum cohæsionem partium secernendarum cum reliquis massæ sanguineæ partibus sufficienter imminutam ad diaphoresin absolute requiri, sed etiam hanc cohæsionem decenter imminutam ad tertiam causarum diaphoresios classem pertinere, non enim impedit, quo minus partes secernendæ præsentes vi cordis & arteriarum atque adhæsione ad parietes vasculorum secretoriorum mediantibus in vascula secretoria penetrare queant.

## §. 24.

Cognitis diaphoresios causis non difficile erit cognoscerre modum agendi medicamentorum diaphoreticorum. Quicquid enim in statu naturali unam aliquot, vel omnes auget, istud quoque diaphoresin ultra statum ordinarium augere solet; in statu vero præter naturali unam, harum vel aliquot, vel omnes præternaturaliter constitutas in pristinum statum reducit, istud quoque diaphoresin restituere conservavit.

## §. 25.

- Medicamenti igitur diaphoretici est, ut
- 1) vel materiam serosam angeat (§. 15.)
  - 2) vel vim cordis & arteriarum reddat vehementiorem (§. 16.)
  - 3) vel partibus secernendis hanc conciliet qualitatem ut parietibus vasorum secretoriorum adhæreant (§. 17. 18.)
  - 4) vel dictas partes secernendas sufficienter attenuet (§. 22.)
  - 5) vel

- 5) vel earundem cohæsionem cum reliquis partibus  
massæ sanguineæ decenter imminuat (§. 23.)  
6) vel aperturam vasorum secretiorum reddat majo-  
rem (§. 21.).

In hisce consistit generalis medicamentorum diaphoreti-  
corum agendi modus.

§. 26.

Ex chymicis experimentis cum massa sanguinea institu-  
tis notum est maximam serì partem esse aquam, hinc pa-  
tet per potulenta aquæ in corpus assunta materiam sero-  
sam augeri, adeoque illa in medicamentorum diaphoreti-  
corum classem sunt referenda (§. 25. n. 1.) modus eorum  
agendi ex ante dictis patet.

§. 27.

Quemadmodum vero vascula secretoria sunt subtilissi-  
ma adeo ut ne in sensus quidem incurvant, ita quoque  
partium fecernendarum non plures simul sed tantum singu-  
lare poterunt penetrare. Hæc penetratio partium singu-  
larum supponit separationem, hæc vero fieri nequit si par-  
tes nimis quam par est coherent, adeoque clarum est ad  
hanc secretionem requiri cohæsionem partium fecernen-  
darum admodum exiguum. Cum igitur ex physicis  
confitet aquæ fluiditatem dependere a particulis igneis,  
hinc aucta particularum ignearum in aqua quantitate flu-  
ditas ejusdem augeatur, seu quod idem cohæsio partium  
fluidum constituentium magis imminuat sequitur ut,  
si potulenta aquæ (§. 26.) augendæ transpirationi insensi-  
bili inservire debeat, magna eadem gaudere ignearum

particularum copia i. e. calida esse debere, alioquin enim potius urinam promovent.

### §. 28.

Experimenta chymica nos docent, vini potissimum partem esse aquam, reliquum vero ejusdem materiam sulphureo-salinam, mediante itaque parte aquae materiam ferosam, mediante vero materia sulphureo-salina calorem vinum in corpus delatum auget, adeoque haec ratione transpirationem insensibilem auget (§. 25. 27.) sed notandum vinum esse debere bonae notae non vero austерum, hoc enim orificia vasorum secretiorum constringit adeoque impedimentum diaphoresios infra aducendum inferendo transpirationem insensibilem minorēm reddere consuevit.

### §. 29.

Cum experimentis chymicis constet non solum insignum aëris copiam in massa sanguinea contineri, verum etiam aërem tanto magis sese expandere, quo calidior reddatur, sequitur, ut per aquae calida assumenta aër in massa sanguinea contentus & cum eodem tota massa sanguinea expandatur &, cum massa sanguinea vasis sit inclusa, quæ semper in statu naturali repleta inveniuntur, vasa sanguifera extendantur. Cum itaque orificia vasorum secretiorum hærent in parietibus vasorum sanguiferorum, necesse est ut, distensis vasis sanguiferis, orificia vasorum secretiorum quoque majora reddantur. Promovent itaque aquae calide hausta transpirationem insensibilem oper-

ēperturas quoque vasorum secrētoriorum reddendo am-  
pliores (§. 25. n. 6.).

## §. 30.

Cum vis cordis & arteriarum confusat in eorundem con-  
tractione, sequitur ut omne, quod vim cordis & arteria-  
rum augere debet, horum vasorum contractionem de-  
beat reddere vehementiorem. Hoc præstant ex medica-  
mentis acria lenia: hæc enim non solum in fibras cor &  
arterias constituentes agunt & hac sua actione easdem ad  
contractionem majorem stimulant, sed etiam resolvendo  
sanguinem efficiunt, ut aër in massa sanguinea contentus  
& cum eodem tota massa sanguinea expandantur hinc  
actio massæ sanguineæ in vasa sanguifera augeatur. Cum  
itaque omnis actio in mundo æqualem habeat reactionem,  
sequitur, ut tum vasa sanguifera majori quoque vi se-  
contrahere debeant. Sed probe notandum, quod salva  
universalitate thesios hujus gaudere scilicet omnem in mun-  
do actionem æquali reactione, majorem expansionem adeo-  
que vehementiorem actionem massæ sanguineæ in vasa  
sanguifera eousque tantum major sequatur vasorum san-  
guinorum contractio, quoisque vasa sanguifera tan-  
tam expansionem non experiantur ut tonum suum a-  
mittant, tunc enim vi se contrahendi spoliantur & me-  
re resistendo agunt ut in plerora fieri solet. Dicta me-  
dicamenta a veteribus cardiacorum compellatione sunt  
comprehensa, dum putabant in morbis acutis a corde ad  
peripheriam illis mediantibus venenosam materiam mor-  
bificiam propelli.

B 3

§. 31

## §. 31.

Ex physicis constat fluida specificē leviora adhærere corporibus gravioribus & specificē æqualia; æqualibus, graviora vero fluida corporibus levioribus non adhærere, hinc patet, si causa diaphoresis suppressæ dependet ab eo, quod fluida secernenda parietibus vasculorum secretorū non adhæreant, in causa esse gravitatem partium secernendarum majorem, gravitate specificā vasculorum secretorū adeoque tum vel gravitas specificā vasculorum secretorū augenda, vel gravitas partium secernendarum minuenda erit vel utrumque simul. Cum vero partium solidarum constitutio tam brevi mutari nequeat, medicamentorum in hoc casu transpirationem insensibilem promoventium modus agendi unice consistet in eo, ut partibus secernendis vel æqualem vel minorem conciliēnt gravitatem gravitate specificā vasculorum secretorū & hoc quidem præstant medicamenta] sulphurea partes secernendas specificē graviōres obducentia.

## §. 32.

Tertium medicamentorum diaphoreticorum genus constituunt ea, quæ resistentiam imminuunt: resistunt vero vel partes solidæ, vel fluidæ magis, quam par est, adeoque medicamentorum in hoc casu diaphoresin promoventium erit, ut virtus vel vasorum secretoriōrum vel fluidorum corrigant. Quemadmodum vero virtus vasorum secretoriōrum eorumque causæ sunt diversæ, ita quoque diversus est in hoc casu medicamentorum diaphoreticorum agendi modus.

## §. 33.

## §. 33.

Fluida nostri corporis, quo minus secerni queant, resistunt, si nimis cohærent (§. 23.). Hæc vero cohæsio nimia dependet vel a defectu caloris, vel a defectu salium alcalicorum fundentium vel a quantitate particularum terrestrium excedente vel a copia salium acidorum nimia.

## §. 34.

Calore deficiente cohæsionem fluidorum evadere majorem ex eo pater, quia omnium humorum nostri corporis fluiditas i. e. cohæsio partium humores constituentium exigua ultimato dependet a particulis igneis præsentibus. Imminuta itaque earundem copia imminuitur humorum fluiditas vel quod idem angetur partium humores constituentium cohæsio. Conveniunt itaque in hoc casu omnia, quæ calorem in nostro corpore augent. Augetur vero hic color vel per externa vel per interna.

## §. 35.

Interne assūpta calorem nostri corporis vel substantialiter augent, ut portalenta calide hauſta vel quatenus materiam ex quo calor oritur i. e. Salino Sulphuream suppeditant, quod inter alia multa vinum præstar e (§. 28.) ostendimus.

## §. 36.

Insigniter quoque calor internus augetur per externum calorem. Licet enim sine noxa corpus nostrum tanto calo

calori externo, ut is in hoc penetret adeoque calorem ibi substantialiter augeat, non facile exponi queat, etenim tamen, quatennam per calorem in aere corpus ambiente transitus particularum ignearum in corpore nostro evoluntarum & liberatarum in dictum aerem externum immittitur, calor internus augetur. Modus itaque agendi caloris externi consistit in eo, ut impedit transitum particularum ignearum ex nostro corpore in aereum ambientem.

## §. 37.

Cum salia alcalica & serosas & sulphureas partes in corpore humano resolvantur, sequitur, ut immunita præternaturaliter eorundem copia & partium serosarum & sulphurearum resolutio imminuat, hinc partes secernendae ob maiorem molem in vascula secretoria penetrare nequeant & cum a resolutione partium sulphurearum calor in nostro corpore dependeat, necesse est, ut præternaturaliter imminuta haec sulphurearum resolutione calor quoque in nostro corpore præternaturaliter imminuat, adeoque cohaesio partium humores constituentium præternaturaliter augeatur.

## §. 38.

Salia alcalica vel actu deficiunt vel tantum sunt suppressa, i. e. unione cum acidis copiose praesentibus impedita, quo minus in sulphureas massæ sanguineæ partes agere queant. In priori casu alcalica vel alcalinæ convenienter: in posteriori vero terrea, quæ acidum figens absorbent relictis alcalicis hoc enim facto alcalica libera reddita tam sulphureas, quam serosas. Secundum partes attenuant & ad secretionem aptas reddunt. Modus agendi terrorum ex dictis patet, alcalicorum

corum exhibitorum vero idem est ac alcalicorum M. Sez cum scilicet in sulphureas partes agendo easdem resolvant & hac ratione igneas partes liberent & in motum concident.

## §. 39.

Terrea copiosius, quam par est in M. S. contenta eandem reddere spissam (§. 33.) ex eo patet, quod ex principiis physicis clarum sit corpora tanto vehementiori vi cohærere, quo sunt graviora ceteris paribus, cum enim corpora terrestria infignem habent gravitatem specificam, illa etiam non solum ipsa sese contingentia magna vi cohærebunt, sed etiam reliquis massæ sanguineæ partibus, quæ mediantibus illis sese contingunt magnam admodum conciliabunt cohesionem. Medicamenta in hoc casu diaphoresin promoventia agunt attenuando partes terrestres & hac ratione aptas easdem reddendo ut per reliquias secretiones v. g. urinam &c. secedere queant. Cum itaque proprium resolvens terrearum sint salia acida, patet, convenire in hoc casu dicta salia acida.

## §. 40.

Cum dictæ partes terrestres sæpius quoque per pituitam sulphuream in massa sanguinea abundantem retineantur & hac ratione in corpore colligantur, hæc vero pituita optime resolvatur per Salia media patet, etiam per Salia media interdum transpirationem insensibilem promoveri & modus corundem agendi consistit in resolutione pituita partes terrestres irretientis, resoluta enim pituita partes terrestres sponte per vasæ secretoria majora v. g. renes &c. seculum acquirunt.

## §. 41.

Salia acida copiosa M. Sez coagulare ex experimentis constat. Cum itaque humores coagulati ad secretionem sine inepti patet salia acida nimis copiosa in massa sanguinea contenta etiam diaphoresin impedire posse (§. 33.).

C

## §. 42.

§. 42.

Medicamenta hoc in casu transpirationem insensibilem promoventia agunt coagulum resolvendo & salia acida coagulantia invertendo. Cum vero coagulum ejusmodi optimè resolvatur per salia media, alcalica vero cum acidis in Sal medium abeant, patet in hoc casu per Salia alcalica exhibita utrumque posse obtineri, quatenus enim Salia acida copiosa in Sal media naturæ convertunt, minuant copiam Saliūm acidorum, quatenus varo ex hac unione cum acidis medium oritur una eademque opera istud, quod antea transpirationem impediebat non solum minuitur, verum etiam in tale corpus convertitur, quod coagulo resolvendo inservire conseruit.

§. 43.

Quando impedimentum diaphoresios haret in vasculis secretoriis, eaque nimis quam par est sunt constricta, medicamenta diaphoretica agunt vascula constricta aperiendo, iisque decentem aperturam conciliando. Cum vero constringens mirum quantum variet, necesse est, ut quoque medicamenta diaphoretica varient.

§. 44.

Vasa secretoria constringuntur vel per Salia acria in iisdem subsistent vel a frigore externo. Priori in casu convenient medicamenta absorbentia, temperantia, Sulphurea, diluentia, itemque salia acribus stringentibus contraria. In casu posteriori non solum dicta interna, verum etiam calor externus temperatus auxilium promittunt.

§. 45.

Ex chymicis constat Salia non agere nisi sint soluta & sufficienter attenuata. Quo subtiliora itaque evadunt, eo maiorem agendi vim acquirunt & v. v. Cum igitur salia acria i. e. vehementer subtilitate accessione partium terrestrium quibus

quibus tanquam specifice gravioribus adhærent, majora inde evadant adeoque virtutem suam agendi amittant, vascula secretoria amplius constringere non poterunt. Consistit itaque specialissime terrestrium in hoc casu modus agendi in eo, ut illis mediantibus salia acria evadant majora.

§. 46.

Salia soluta affuso solvente ad majus spatium se distribuerre coguntur, adeoque tunc in eodem puncto minor salium copia hæret, quaz etiam minori vi, quam plura agere poterunt. Si itaque plura salia antea in eodem puncto collecta fibras vasorum stringere potuerunt, minor corundem quantitas istud efficere amplius non valebit. Poteſt igitur salium vasā stringentium acrimonia extingui per aqua majori copia hausta & agunt illa per dicta salia diluendo.

§. 47.

Sulphurea tanquam salibus specif. leviora eisdem non solum adhærent, sed etiam hac sua adhæfione in superficie illa reddunt leviora, hinc cum corpora exadhæfione agant pro ratione gravitatis specificæ partium superficiem constituentium, tanto scilicet minori vi, quo minor est gravitas specifica harum partium, necesse est, ut tunc & salia pro modulo partium sulphurearum, exigua quippe gravitate specifica gaudentium, exigua quoque vi agant & hac ratione acria esse desinant. Modus agendi horum sulphureorum ex dictis patet.

§. 48.

Ex chymicis notum est, tria dari salium genera, acidum scilicet, alcali & ex his compositum medium. Cum itaque acrimonia salium dependeat ab corundem subtilitate, sal medium vero ex acido & alcali sit compositum, hinc majori gaudet

deat mole , quam sal simplex acidum scilicet vel alcali, patet, sal medium nunquam acre evadere & fibras constringere posse. Quando itaque §. 44. dictum est constrictioinem va-  
forum depender e nonnunquam a salibus acribus, intelligun-  
tur ibi salia vel acida, vel alcalica.

## §. 49

Salia alcalica & acida, si concurrunt & se se immediate con-  
tingunt, unitur & sal medium constituit, quod acre non  
est (§. 48.). Quod si itaque salia, vasa secretoria constringentia  
& hac ratione diaphoresis impeditia, sunt alcalica uti in fe-  
bribus acutis diaphoresis restituunt salia acida propinata &  
pater eorundem modus agendi ex ante dictis

## §. 50.

Quod si vero hæc salia constringentia sunt acida uti in sca-  
bie, & lue venerea diaphoresis restituunt alcalica & mo-  
dus agendi eorundem idem est ac ille in §o antecedente.



rnib[us] q[ui] s[unt] i[n] c[on]f[us]ione  
cop[er]t[us] m[od]i q[ui] d[omi]n[an]t[ur] i[n] p[ar]t[ic]ula r[es] p[ro]p[ri]e  
p[er] la[re]nti[am] r[es] p[ro]p[ri]e de r[es] p[ro]p[ri]e  
q[ui] d[omi]n[an]t[ur] i[n] p[ar]t[ic]ula r[es] p[ro]p[ri]e  
m[od]i q[ui] s[unt] i[n] c[on]f[us]ione

**ULB Halle**  
004 527 240


3



*Sb*







1738 19 X 11

DISSE<sup>36.</sup>TATIO IN AVGVRALIS MEDICA  
DE  
**MODO AGENDI**  
**MEDICAMENTORVM**  
**DIAPHORETICORVM ET**  
**SVDORIFERORVM**  
QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
**GEORGIO II.**  
MAGNAE BRITANNIAE FRANCIAE ET HIBERNIAE REGE, DEFENSORE FIDEI, DVCE BRVNSVIC. ET LVNEBVRG. S. R. I. ARCHITHESAVRARIO ET ELECTORE  
IN  
**REGIA GEORGIA AVGVSTA**  
ANNVENTE DEO TER O. MAXIMO  
CONSENSV GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE  
PRO  
SVMMIS IN ARTE MEDICA HONORIBVS AC PRI-  
VILEGIIS MORE MAIORVM RITE  
CAPESSENDIS  
Ad d. IAN. AMDCCXXXVIII.  
PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISITIONI  
SUBMITTIT  
AUTOR  
**IO. CHRISTOPHORVS HENNEVS**  
SCHNODSENBACENSIS FRANCVS.  
GOTTINGAE, LITERIS HAGERIANIS.